

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput VI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

guæ effrenis finis est calamitas. *Ne sis susurro, neq. cuiquam detrahas*
lingua tua. Prohibet Obreſtationem, quæ aliorum famam arrodit, & de ab-
ſentibus male loquitur, vel falſa crimina illi tribuens, vel recta facta aut ex-
cuſabilia deprauans, vel errata aliqua & nauos in immenſum amplificans
& late ſpargens. Proprie pugnat cum Candore & Veritate.

Longè ſædius eſt eſſe detreſtatoſem quam ſurem. Quia ſur bona externa
tantummodo, Obreſtator autem bonam famam & exiſtimationem, quæ
vita carior eſt, clanculum alteri eripere conatur.

Obreſtatio.

Caput VI.

I. De Candore.

II. De Amicis perfidis & fidis.

III. De ſtudio Sapientie ſeu Pietatis vero.

Ne videaris tibi ipſi nimis ſapiens, ut quoſuis facile
 culpes, ne folia tua marceſcant, & fructus tui deci- Candor.
 dant, ne quando & tu ſis inſtar arboris exareſcen-
 tis. Nam eiſcemodi homo virulentus nocet ſibi, &
 coram inimicis ſuis erit ludibrio. Econtra, qui omnia in bonam
 partem interpretantur, conciliant ſibi amicos multos. Et qui in
 negotijs æquos ſe præbent, erga ſe quoq. alios viciffim æquos in-
 uenient.

Erga omnes ſis comis & beneuolus, inter mille autem vix u-
 niſidas. Ne cui amico confidas, niſi tibi in neceſſitate exploratus AMICI.
 ſit: multi enim ſunt amici, ſua commoda venantes, verum in ne-
 ceſſitate non perdurant. Et pleriq. amici ſunt, qui leui momen-
 to inimici fiunt, tum ſic acerbi, ut ſi vel parricidium de te noſſent,
 profferrent foras. Pleriq. etiam ſunt amici menſæ, ac ne hi qui-
 dem in neceſſitate perdurant. Tantisper, dum res tibi ſunt ſe-
 cunde, adiunctus tibi manet, & domeſtice tibi conuerſatur, ac
 ſi ipſe ſit paterfamilias. Verum fortuna inclinata, contra te agit,
 neq. inueniri ſe patitur. Segrega te ab inimicis tuis, at nihilo
 ſectus ab amicis etiam caue. Firmus amicus fortis eſt munitio,
 hunc qui habet, theſaurum magnum poſidet. Sincerus amicus,
 auro & opibus omnibus precioſior eſt. Amicus fidus ſolatio eſt in
 omni vita. Qui Deum timet eiſmodi amicum nanciſcitur. Nam
 timenti Deum cultura amicorum cedit feliciter, & ſicuti ipſe fue-
 rit, ita & amicus eius erit.

Fili mi, sapientia te educandum praebeas, inde à teneris, & in virum sapientem euades. Geras te erga eam, non aliter atque colens agrum & seminans, & expectato fructus uberrimos. Ad breue tempus propter eam fertor labores & arumnas, & ne dubita, cito fructuum eius particeps eris. Sub amara quidem est illa hominibus in exercitatis, & homo contemptor ac impatiens non manebit apud illam. Est enim illi sicut lapis Lydius, aut sicut fornax aurum probans, cito resilit ab ea. Gloriantur quidem isti multum de sapientia, & tamen omnis sapientia rudes sunt. Fili mi, audi doctrinam meam, noli aspernari consilium meum, praebe pedes tuos compedibus illius, & cervicem tuam iugo eius. Submitte humeros tuos ad ferendam illam, & ne oblueteris vinculis illius. Amplectere illam toto corde, ex totis viribus tuis perdura in vijs eius: Si inuestigaris eam, & quaesieris illam, inuenies eam. Vbi nactus eam fueris, nequiquam dimitte illam. Nam in ipsa tandem consolationem habebis, & tristitia tua vertetur in gaudium. Compedes illius erunt tibi protectio fortis, & catena eius vestitus splendidus. Corona aurea est illi, & purpura regia in capite eius. Hunc ornatum indues, & hac excellenti corona ornaberis. Fili mi, si obsequi voles, sapiens eris, si animum adieceris, prudens euades. Si aurem praeberis huic, sapientiam comparabis. Libenter conuersare senioribus, & ubi virum sapientem videris, huic te adiunge. Audi libenter verbum Dei, & attentus ausculta electis dictis sapientia. Vbi videris virum prudentem, capta consuetudinem illius, & subinde frequenta limen eius. Meditare semper mandatum Dei, & indefinenter ruminare verbum illius. Hic reddet cor tuum perfectum, & dabit tibi sapientiam, iuxta opera tua.

PRima concio de CANDORE præcipit, qui est virtus volens bonis bene esse, & probabili ratione aliorum voluntates, rectè dicta & facta approbans, nec de aliorum voluntatibus, dictis aut factis sinistrè suspicans, aut malè loquens: quædam etiam ambigua in meliorem partem interpretans. Referri potest ad quintum & octauum præceptum, & cognata virtus est Simplicitati & *ἁπλότης*: de qua noti sunt Nazianzeni versiculi:

*Εἰδ' αἶδας ὀφλων καὶ πεδωχρησον τὸ πρῶτον,
οἶκτω γ' οἶκτο καὶ θεῶ σαθμίζεται.
Peccare si te scis, tibiq; ignoscitur,
Sis mitior: nam mitibus fauet Deus.*

Ita hic

Chy

Ita hic inquit Syracides: Qui in negotijs æquos se præbent, erga se quoque alios vicissim æquos inuenient. *Erga omnes sis comis & beneuolus: inter mille autem vix unifidas.*

Extrema Candoris sunt, *Maluolentia*, *Suspiciousitas*, *Diffidentia*, *Obtrectatio*, *Maledicentia*, & *stulta Credulitas*, quæ sine probabili ratione omnibus credit, & omnes sinceros & fideles amicos esse putat: & amicorum voluntatibus & auxilijs, tanquam firmis & immotis præsidijs, confidit. Hanc leuitatem & stultam confidentiam hoc in loco prohibet Syracides, & præcipit *σώφρονα ἀπιστία*, ἢς ὁπί ἐς' ἔδεν ζησημώτερον βεβαίως, prudentem diffidentiam, qua nihil vtilius est hominibus. Iubet considerare & explorare hominum voluntates, & probabili ratione amicis confidere & diffidere.

Hac occasione de amicis perfidis & fidis, splendidissimas sententias Syracides intexit, quæ vna cum cæteris cap. 12. 13. & alibi expositis, ad quinti præcepti virtutes, amicitiam, fidelitatem, & Candorem referantur. *Dum res tibi sunt secunda, adiunctus tibi manet.*

τύχη γὰρ ποικίλως γὰρ ζωρεφῆ φίλος.

Variè solet Fortuna amicos pingere.

Donec eris felix, multos numerabis amicos.

Fortuna inclinata non inueniri se patitur. vt Pompeius, Cicerone damnato, & implorandi auxiliij causa in ipsius domum veniente, per posticum egressus est.

Ab amicis etiã caue. vt Antigonus alebat sacerdotem, qui sacrificabat quotidie Dijs, vt Regem aduersus amicos defenderent. Nam ab inimicis manifestis sibi ipse cauere mediocri circumspectione poterat.

Sincerus amicus auro & vrbibus omnibus preciosior est. vt apud Herodotum, Darius rex Persarum ad Histiaum scribit: *κρημῶτων πάντων εἶναι τιμιώτατον ἀνδρα φίλον ζυωετόν τε καὶ εὐνοῦ.* Omnibus thesauris preciosorem esse amicum prudentem & beneuolum.

Euripides:

*Πιστός ἐν κακοῖς ἀνὴρ
κρείσσον γὰρ λυγρῆς ναυτίλοισιν ἐπορεύειν.*

Amicus in malis amico est gratior

Quam nauigantibus serenitas maris.

Fili mi, Sapientie te educandum præbeas inde à teneris. Repetit adhortationem ad studium sapientiæ seu veræ agnitionis Dei, & veræ pietatis & obedientiæ erga Deum, iuxta doctrinam ab ipso traditam. Sunt autem in textu multæ dulces figuræ, quibus diligentiam, intentionem, curam, assiduitatem & laborem in colenda sapientia significat, vt cum instar agricolæ iubet labores graues, in discenda doctrina à Deo tradita & regenda disciplina, suscipere, & fructus vberrimos ac dulcissimos expectare, vt Isocrates etiam dicere solitus est: Radices sapientiæ amaras esse, fructus autem iucundissimos. Deinde iubet præbere aures, pedes, ceruicem, humeros, denique cor ipsum sapientiæ regendum. Norma enim vitæ & regula omnium consiliorum & actionum nostrarum esse debet doctrina in verbo Dei tradita. *Fili mi, si obsequi voles, sapiens eris.* Postremo, causas sapientiæ efficientes recenset quatuor. Primò, Verbum Dei diligenter auditum, lectum, cogitatum. Secundò, Diligentiam & studium nostrum ardens & indefessum, in audienda & discenda doctrina à Deo tradita. Tertio, Præceptores lenes, *θεοδιδάκτες*, & doctrina, pietate ac vsu rerum exultos, de quibus digna memoria sunt hæc Syracidæ verba: *εἰάν τις ἀνδρα σωστὸν, ἀρθρί-
ε πρὸς αὐτὸν, καὶ βαθυῖς θυρῶν αὐτῷ ἀκτελέτω ὁ πῦρ σου.* Si videris virum intelligentem, mane festines ad eum, & limen ianue eius atterat pes tuus. Quarta & principalis causa est, *DEVS* ipse, per verbum & Spiritum san-

etum suum, mentes nostras vera agnitione sui illustrans, & ad veram pietatem & virtutem, voluntates & corda flectens, & in omnibus vitæ consilijs & actionibus gubernans.

Caput VII.

Iustitia.

Modestia.

Seditio.
Obedientia
erga Magi-
stratus.

Inuocatio
Dei fiat in fi-
de.

Mendacium.

Garrulitas.

Labor.

Pœnitentiam
age.

Fidelitas.

Oeconomica
præcepta.

1.
2.
3.
4.

NOLI operari malum, ne malum accadat tibi. Cave à malo, ne obruat te calamitas. Ne seras in agro iniquitatis, ne metas septuplum. Noli te obtrudere ad munera publica coram Deo, neq; ambito, ut potens sis apud Regem, existimes ibi te satis idoneum esse coram Deo. Neq; putes te satis prudentem esse, ut inseruias Regi. Noli cupide ambire Magistratum. Nam tuis consilijs & viribus non omnia iniusta corriges: posses & tu forsan metuere à potentiore, & per dedecus discedere à iure. Non moueto seditionem in ciuitate, nec adhareas vulgo, ne plectaris dupliciter. Neq; enim quicquam eiusmodi impune abit. Ne cogites, Deus pro hoc mea magna sacrificia acceptabit, & cum coram altissimo hostiam obtulero, placabitur. Cum oraueris, noli hesitare. Non sis segnis ad dandam elemosynam. Noli desiderare tristem & afflictum. Nam est, qui deprimere potest & euehere. Ne mendaciaingas aduersus fratrem aut amicum tuum. Non assuesfacias te ad mendacium, nam hac praua consuetudine nihil est nocentius. Ne sis loquax apud seniores, & cum oras, tempera à multiloquio. Non moleste feras difficultates, que in agricultura incidunt, aut querendo victu. Nam Deus hoc ita creauit. Noli te sic consolari, quòd ingens sit multitudo tecum similiter peccantium, sed cogita non longe abesse penam. Respice ergo ex animo. Nam ignis aternus, & vermis, qui non moritur, ultio tandem impendet super impios. Noli relinquere amicum tuum propter opes, neq; fidum fratrem tuum propter optimum aurum.

Noli repudiare uxorem prudentem & pudicam, preciosior est enim quouis auro. Seruum fidelem & operarium diligentem, noli tractare crudeliter. Seruum bonum dilige, & non obsta, quo minus liber fiat. Si sunt tibi pecora, cura illa, si commodum

Chy